



44

Handwritten text on the right edge of the page, partially obscured by the binding.

angeb. 18

DE SOCIETATE  
DISPUTATIO VI-  
CESIMA

*Desumpta ex lib. 17. Digest. Tit. 2.*

Quam

D. O. M. A.

*SVB PRAESIDIO*

CLARISSIMI ET CONSVLTIS-  
SIMI VIRI D. PAULI GRASECCII, I. V. D.  
Ac Professoris in celebri Argentoratensium  
Academia ordinarij, exercitiij gratiâ à se con-  
scriptam, defendendam suscipiet

M. CHRISTIANVS FLEISCHMANN,  
Pforcensis

*Ad diem 24. Octob. hora locoq, consuet.*



Argentorati, Excudebat Antonius Bertramus.  
cb. lb. xcIV.



CLARISSIMO ET CONSVLTIS-  
SIMO VIRO

DOMINO GEORGIO ADEL-  
BERTO BVRCKARDO, V. I. DOCTOR  
EXIMIO,

Domino Fautori & Amico suo Colendo  
honorandoq̃

Hoc

Obferuantiaẽ signum,  
Amicitiaẽ pignus,  
Grati animi, studiorumq̃ Indiciũ,

Offert & dedicat

M. Christianus. Fleischmann  
Pforcensis.

# DE SOCIETATE

## Theses.

### Continuatio.

Inter contractus, qui consensu non rei necessario interuentu, primario perficiuntur, quiq; non vnius tantum gratia contrahentium, sed vtriusq; celebrantur, haud potestremus est Societatis; utpote frequentissimus & hominibus imprimis negotiantibus, per quam necessarius: de quo praesenti disputatione breuiter agere placet. V. Ves. ad hunct. Sichard: & Glossa C. eodem:

### Thesis prima.

**N**E verò ambiguitas vocabuli errorem pariat, non

*summus hic generalem illam naturam notam inter homines societatem 2. nec communionem absq; tractatu institutam b. nec consortium, quod proprie inter fratres consistit c. sed actionem illam consociationem, quae vita necessitatibus sic exigentibus propter negotiationis usum faciliorem inuenta est d. a) l. 3. ff. de Instit. & iure Cic lib. 1. off. b) l. 31. 34. & seqq. 38. h. t. & t. t. Com. diuid. l. 2. S. Item inter Inst. de ob. q. ex q. cont. c) l. 52. S. Papinianus l. 31. si is qui S. vlt. ff. de excusat. Cuiac. lib. 5. obs. cap. 10. d) l. 31. 32. & alijs pluribus ff. h. t. De hac diuersa significatione videatur Motz. cap. 1. ad h. t. qui alios citat.*

*2 In specie quoq; magis, de contractu conductionis publicorum vectigalium, hoc vocabulum accipi reperies a. quamuis Collegia & corpora societates etiam appellentur, b. diuersi modo tamen à nostro contractu c. ut etiam alio modo, quam quo inter virum & uxorem societas constituta dicitur d. a) l. 65. S. pen. ff. h. t. l. 9. locatio S. socij ff. de publ. b) l. 1. Quod cuiusq; vniuers. l. 31. ff. de furt. l. sodales. ff. de colleg. c) vide Mud. ad Rub. ff. h. t. d) l. 1. ff. rerum amot. l. 52. si rerum ff. de re iudicata. l. 1. de ritu nupt. l. 4. de crim. expil. hered.*

*3 Dicitur Societas & Socius à consortio: consors ille, ad quem pertinet pars bonorum; cum sortem pro parte veteres ponere sint soliti. Motz. ad v. t.*

*Etymologia vocabuli.*

**Definitio. 4** His ita premisis, dicimus societatem esse contractum a consensu  
Non rectè initum b. nominatum, quo res vel opera c. inter aliquos vberiores lu-  
communi- crum in commune faciendi gratia d. communicantur a) l. 52. §. 8. l. 5. &  
rer a Dd. passim hic Gloss. & Dd. b) Inst. de O. Q. E. L. l. 19. h. t. l. 2. ff. de O. E.  
conuentio A. c) l. 1. C. h. t. §. 1. Inst. Eod. d: l. 29. § non fuerint §. vlt. ff. h. t. Az9  
nis voca- in summa. C. pro socio, in pr. Glossa Instit. de societate. Quæ definitio  
bulum ge- non tantum LL. conueniens, sed & Ciceronis sententia congrua, cuius  
neris vt authoritas in iure non reijcitur, per l. Cicero ff. de pœnis, & L. littus ff.  
remotius de V. sign.

**ponitur. 5** Ex eo, quod solo consensu hunc contractum perfici dicimus, appa-  
Explicatio ret, illum ad sui perfectionem, nec scripturæ aut verborum proprietatē  
definitio- requirere, quamuis re & verbis fieri possit a. idèq; inter absentes, per  
nis conti- nuncium aut Epistolam, si de consensu constat, celebrari poterit. b. a)  
nēs formā l. cori societatem. 7. ff. h. t.

**huius con. 6** Consensus verò ille, non tantum ex verbis expressis a. sed ex re  
tractus. ipsa colligitur: Vnde fratres hereditatem paternam indiuisam retinen-  
Formalis tes, omnia inde lucra percepta in commune conferētes, si hoc actum ap-  
causa, vel pareat, societatem constitutam habent. b. a) l. 4. 19. hic. Mud. in L.  
est expres- 7. eodem. Sichard, ad Rub. C. n. 5. P. Fab. ad L. 47. de R. I. V Ves. conf.  
sa, vel est 38. n. 28. b) l. 52. § cum duobus §. Pap. ff. h. t. argumento l. 39. §. 3.  
tacitè com sam. ercis. Br. in l. 4. n. 9. C. com. vtriusq; Iud. Menoch, 2. arb. iud.  
prehensa. cent. 2. casu 127. n. 15. Vide Mud. ad hunc tit.

**7** Ea igitur societas, quæ dolo malo, aut fraudandi animo inita  
est, ipso iure nullius est momenti: cum bona fides, in hoc contractu,  
qui fraternitatis speciem habet, exuperare debeat l. 3. §. vlt. h. t. l. 7.  
& eleganter. ff. de dolo malo. l. verum in pr. ff. h. t.

**8** Id autem quod consensu perfici hunc contractum dicimus non  
impedit, quo minus res communicandas statuamus, cum societas nulla  
fit, vbi non aut rerum, siue plurium, siue vnius, aut operarum est com-  
municatio: cum donationis causa teste Vlp. non contrahatur. l. 1. §. 1.  
l. 7. us seq. l. 29. & passim h. t. l. 5. in fine eodem. l. 32. §. si inter ff. de  
donat. inter vir.

**Forma v- 9** De partibus rerum in commune conferendarum, & lucri, non  
niuersalis prescribitur certa forma coeuntibus: cum plerunq; constituatur inter  
non potest eos, qui non sunt æquis facultatibus. l. societates §. 1. ff. pro socio.  
prescribi.

10 *Lucrum tamen omninò conferendum est: si enim alter tantum  
lucrum percipiat, constat nullam esse societatem, cum finem suum non  
consequatur, quam Aristo Leoniuam vocat in l. 21. si non fuerint h. t. l.  
l. 7. eodem.*

11 *Et hoc ad formam huius actus pertinet, quod vel in perpetuum  
id est, dum viuunt socij a. NON in aeternum b. vel ex tempore, vel ad  
tempus, vel sub condicione, quod postremum ab Imp. Iust. est constitutum  
c. contrahatur. a) l. 1. b) l. 70. nulla D. h. t. c) l. pen. C. eodem.*

12 *Contrahere societatem praeterea omnes possunt, qui consensum  
illum praebere, & exinde obligari possunt: siue sint patres familias, siue  
filij, seu serui, masculi an foemina. Quin & inter maritum & uxorem  
societas contrahi potest. l. 18. 58. si id quod: S. si filius. & S. vlt. D. h. t.  
l. 6. S. vlt. ff. de aliment. & cib. leg. l. 32. S. si inter ff. d. donat. inter virum  
& uxorem l. 65. S. pen. D. h. t.*

13 *Societate siue tutoris auctoritate contracta, pupillus actione  
pro socio quidem non tenetur, attamen communiter gesto tenetur l. 33.  
h. t.*

14 *Et hi omnes, de omnibus rebus, cum priuatis: tum publicis (non  
quidem omnibus publicis: ) contrahere possunt. De operis etiam, & quidem  
ita, vt omnes socij res, siue operas vel quidam res, quidam operas conserant,  
rata erit conuentio l. 1. C. l. 5. S. 1. l. 29. l. 52. l. 63. verum. S. fin. S. de illa  
Instit. h. t.*

15 *Res vero honestas & licitas hic accipimus. Turpis enim & fce-  
da delictorum communitio, societas non est. Inde nec, quae delicto, vt fur-  
to, latrocinij & c. parta, vel ob paenam amissa, praestitae, inter socios  
iure communicantur. l. Quod autem 53. S. idem ait l. 57. h. t. l. 36. S. 1.  
ff. de contrah. emp.*

16 *Rectè & illud sequitur societatem non esse, quam multi Mo-  
nopolij exercent, magno cum detrimento Reipub. optima igitur ratio-  
ne prohibita l. 1. ff. de Monop.*

17 *Diuisionibus nunc aliorum relictis, dum voluntariam aliam,  
aliam necessariam a. honestam aliam, aliam turpem, b. à Materia nos  
in vniuersalem & particularem diuidimus c. a) Vide Mud. ad Rub. p. sa de sumo  
huius tit. n. 5. b) siquidem rerum in honestarum nulla est societas, vt d. p. a.  
argumento t. t. de coll. illic. Motz. de diuis. societ. 11. c) l. 5. & passim  
D. h. t. in pr. Instit. eodem.*

Hic species

societatis

aliqui co-

stituunt:

minus re-

cte.

Causa effi-

ciens secu-

daria. Qui

contractu

hunc cele-

brare pos-

sint.

De quibus

dam tamè

personis du-

bitant no-

nulli.

Causa ma-

terialis, de

quibus re-

bus socie-

tatem co-

trahere li-

ceat.

Diuisio so-

cietatis à

materia i-

psa de sumo

pta.

18 Vniuersalem eam dicimus, quando omnium bonorum, siue sint corpora, siue facta vel opera, presentium & futurorum, expressione speciali fact, communionem inimus, siquidem talis tacite constitui non potest. l. 1. in fine l. 3. l. 7. cum seq. D. h. t.

19 **Forma cū** Et hæc fit vel expressè de omnibus bonis, aut vnius tamen negotij mentione facta, vel sit simpliciter & inde finite, quæ species cū materia coninnctā diuersos effectus habeant, diligentius consideranda.

20 **in speciebus** Si expressè & nominatim omnium bonorum societas contracta sit, quicquid vnus sociorum acquirit, quacumq; ex causa, non tantum ex quaestu, opera sua & negotiatione, sed ex lucro aliquo aduentio, societas varios parit effectus vt legato hereditate &c. id totum communicatur. l. 3. 5. D. h. t.

21 **Forma expressa in vniuersali societate,** In hac vniuersali societate, expressè contracta, nullaq; conuentione interposita, res sociorum omnes, inuicem & mutuo, absq; vlla traditione communicantur, vt quod vnus facit proprium, id iam sit æquè alterius socij l. 1. & 2. D. h. t. Quod in societate est speciale.

22 **quid opere tur.** Non solum verò res presentes in hanc communicationem veniunt, verum & futura, quæ non tantum ex quaestu, sed etiam, quæ sine labore, vt hereditates &c. Item ex actione iniuriarum, vell. Aquiliae parta, a. exceptiis tamen ijs, quæ vni sociorum maleficio quasita sunt. a) l. 3. §. 1. l. 52. §. socium. b) l. 53. D. h. t.

23 **Speciale in societate, quod res sine traditione communes fi-** Inter res presentes & futuras hoc interest, quod hæc non ita communicantur, vt illæ, sed ei, cui obuenerunt, acquiruntur, qui tamen iudicio societatis eas in commune redigere cogitur. l. 74. si quis D. h. t.

24 **ant.** Hinc tamen excipiuntur nomina & actiones ante societatem acquisita in quibus cessione est opus, vt potè, quæ ex Lege vel Edicto competunt, vnus in alterum transferre absq; cessione non potest, adeoq; procurator in rem suam alter ab altero constituatur. l. 3. D. h. t.

25 **Quæst.** Aliud est in nominibus societate constante acquisitis, quæ in communionem veniunt, videlicet, si quid crediderit Socius, ipse acquisita sibi obligatione, id Socio communicat. l. si actum. ff. pro Socio.

26 **Quæst.** An verò non cesis actionibus, vtiles nihilominus actiones transferantur, dubium videtur? Quod magis est. l. 5. 7. 8. de hered. vel. act. vend. in casu tamen & directa intentari potest. l. item magistri. h. t. vt tenet Glossa.

27 **Quæst.** Quin imò, licet vnus socius suo nomine pecuniam commu-

nem



nem scenerauerit, vsurasq; perceperit, eas partiri in hac societate tene-  
tur l. si vnus 67 §. 1. & ibi Mad. Cuiac. 23. obs. caq. 27.

28 Sed quid in hac societate de impendijs sentiendum, dubium est? *Quaest.*  
Et, si honestè & necessitate suadente facta sunt, ad societatem, sint tur-  
piter, ad socium id damnum, vt & debitum citra dolum & culpam ab  
vno factum ad communionem pertinebit. l. 52. cum duobus §. vrb. l. 60.  
§. 1. l. seq. 67. §. 2. h. t. & l. 73. eodem. Sichardus ad l. 1. C. h. t.

29 De dote similiter dubitatur, an ex communibus bonis filia præ- *Quaest.*  
standa, an v. ex proprijs? Et patrem hanc quoq; de communi constitue- *dubia.*  
re posse verius est. l. 66. Quod si, vbi Accurs. l. 52. §. vlt. Eodem. l. 39.  
§. 3. ff. fam. Ercis.

30 Hinc & illa quaestio pendet, num pater, sumptus, quos in stu- *Quaestio*  
stia filij fecit, solus sufferre cogatur? Et idem quod in præcedenti que- *dubia.*  
stione statuimus. l. 73. §. 1. l. 81. Menoch. 2. arb. iud. cent. 2. casu. 127.  
Rol. à valle 1. Cons. 91. per tot. Dissentiunt multi Dd. Sed l. 73. obs. §.  
1. & l. 67. contrarium satis demonstrant. Vide Cuiac. 23. obs. 27. inf.

31 Quid verò si socius propter delictum in pœnam incidat, num *Quaestio.*  
eam societati imputare poterit? quod non videtur, licet omnium bo-  
norum sit socius. Ita nec lucrum ex delicto comparatum cogitur conser-  
re. l. cum duobus §. vlt. l. quod n. l. ne quiq; interest. l. si. igitur ff. pro  
socio.

32 Atq; hæc obtinent in societate omnium bonorum expressè con- *Effectus so-*  
tracta. Diuersa est ratio si simpliciter & indefinitè coita sit. In hac enim *cietatis*  
id tantum quod ex quaestu & labore sociorum, & occasione societatis *simplici-*  
prouenit Communicatur l. 7. & seq. ff. h. t. l. 13. §. vlt. h. t. *ter & ino-*

33 Particularis societas alicuius saltem negotiationis communitio *definitè*  
est, vt in mercatura panni, vel emptione rei specialis, vt margirita. l. so- *contracta.*  
cietas contrahitur, in pr. ff. eodem. In ea socius socium ere alieno regu- *Particu-*  
lariter non obligat. l. 52. §. 15. VVes. cons. 31. n. 27. *laris socie-*

34 In hac etiam quod occasione illius negotiationis, vel rei sin- *tas quid?*  
gularis, labore item diligentiaq; sociorum, emolumentum oritur, com-  
munioni accedit. l. 52. §. cum duo & seq. ff. h. t. *Effectus*

35 Videndum nunc de conuentionibus lucri & damni, quæ huic varijs, qui  
contractui adiici solent. Et imprimis notandum, si conuentio nulla ad- *ex forma*  
iecta sit, damni & lucri aequales esse partes, damni quidem, nisi ex dolo contractus  
vel adiecta o- *riuntur.*

vel culpa oriatur. l. cum duobus. §. 1. & seq. l. 72. socius socio. Idg. pro-  
portione Geometrica. l. 29. hic VVes. n. 6. Menoch. 2. arb. iud. cent. 2.  
casu 125. n. 4. & 5. Instit. in pr. eodem. l. quoties §. haeredes ff. de ha-  
red. Instit.

36. Potest verò conueniri, ne sint aequales partes lucri & damni,  
qua conuentiones si iusta, nec fini huius contractus contraria, seruanda  
erunt. l. 6. & l. si non fuerint 29. ff. h. t.

37 Est enim hic contractus b. fidei, cui nihil magis contrarium, quam  
ea, qua placuerunt inuicē non seruare §. 28. Instit. de act. Salitet. in l. 3. §.  
fin. hic. nisi sint fortassis iniqua l. 11. Ex empto. ff. de actionibus Empt.

37 Si igitur placuerit, vt quis duas partes lucri, vel tres habeat,  
alius vnā & vicissim, valet pactum, modo qui plus commodi sentit,  
plus etiam pecunia, vel opera societati conferat. l. 20. l. 29. §. ita cori  
ff. h. t. Couar. 3. Var. resolut. 2. n. 3. Ghomes. tomo 2. Cap. 5. n. 5.

Quest.

39 Quid si verò nihilo plus contulerit, nihilominus pactum va-  
lebit? Qua in questione diuersae sunt Doctorum opiniones. Nos negan-  
dum, vt iniquum, putamus. l. 29. & l. quid. enim §. illud Instit. h. t.

40 Illud verò diuersa ratione admitti potest pactum, vt vnus ex  
socijs nullam damni partem, sentiat lucrum verò sit commune. Cum v-  
nius tanti possit esse opera & industria vt loco rei sit vel pecunia. l. 29.  
§. 1. l. 30. h. t.

Lucrum

quid in so-  
cietate?

41 Lucrum tamen id dicimus, quod compensatione lucri, vel ac-  
cessionis, & damni vel defectus, facta, superest, & retundat. Instit. h. t.  
& sup. alleg. vlt.

Questio.

42 Illud pactum nullum neq; seruandum, quo vni tantum lu-  
crum solum, alteri damnum attribuitur. quae societas, si ita contracta,  
fit Leonina dicitur à Iurisconsulto in l. 29. §. Aristo refert ff. eodem.

43 Quid si de vno puta lucro, vel damno paciscantur, partesq;  
exprimant: quid de altero sentiendum? & propter bonam fidem, qua  
in hoc contractu abundare debet easdem in altero seruandas, equitati  
est conueniens. §. illud Inst. h. t. l. 55. si igitur ff. eodem. l. vlt. §. vlt. de  
leg. 3. l. Item si filia §. item ff. fvm. Ercis.

44 Hac etiam conuentio rata est, vt vnus pecuniam, alter verò  
non pecuniam sed operam conferat, quem Vlpianus pollicitatorem ap-  
pellat. in l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. h. t. Quamuis de hac socie-

tate

rate inter veteres Iurisconsultos magna fuerit controuersia. l. 29. hic. Sape enim opera pro pecunia valet. l. 1. C. h. t. §. 2. Inst. eodem. l. cum duobus §. si in cocunda. ff. eod.

45 In tali societate, an illam operam suis expensis exercere debeat, **Quest.** queritur? Et communibus impensis eam operam societati impendere debere statuimus: Sichardus ad l. 1. C. h. t. qui plures refert. Bl. distinctione vititur.

46 Num etiam principalis pecunia, quam socius solus contulit **Quest.** (nostri capitale vocant) in diuisionem postmodum veniat, controuertitur? Distingunt nonnulli, an de hoc conuentio interposita sit nec ne. Nos simpliciter in diuisionem non venire censemus. argumento com. Dd. op. & i. cum duobus §. si in cocunda. l. 7. D. h. tit. Vide Schneid. ad h. t. Mud. ad l. 29. n. 7. Couar. lib. 3. Resol. cap. 2. Gail. lib. 2. ob. 24. n. 6. & alios, quos, citant. Qui partim in contraria sunt sententia.

47 Quid si pecunia principalis, casu amittatur, damnum pro rata **Quaest.** ad alterum spectabit? Quod non putamus. Salicet. in l. 1. hic. n. 3. Bald. n. 6. Cast. n. 2. eodem. Gail. 2. obs. 24. Couar. d. cap. 3. n. 2. Soar. lit. S. v. 126. Dissentit Schneid. ad S. de illa n. 6. Gl. in l. 1. C. h. t. & alij plures. Sichard. ad l. 1. C. n. 5. Rob. 2. recept. lect. 31.

48 Illud pactum interponi non potest, ut haeredes succedant. Imo ne cogi quidem poterunt, etiamsi testator iusserit. l. 59. l. nemo 35. cum seq. l. 70. h. t. l. 14. §. 2. Communi diuid. Cuiac. 10. obs. 23. & hoc quidam addunt, licet iuramento firmata sit, non valere. Gail lib. 2. obs. 24. n. 7. Cost. in l. 14. Boer. decis. 87. n. 7. MotZ. col. 4. n. 28. hic.

49 Quod si societas sub ea conditione contracta sit, vel hoc pactum interpositum, ut partes lucri & damni, tertius aliquis statuatur: res ad boni viri arbitrium redigenda est. l. 6. si societatem D. h. t. Idem si iniquum aliquid statuerit, ab eius sententia recedi potest. Quod tamen nonnulli in dubium vocant.

50 Quibus modis contrahatur societas dictum: quibus iterum dissoluatur nunc videndum, referuntur vero modi plures, renunciatio, mors, egestas, publicatio bonorum &c. l. 4. l. 65. D. h. t.

51 Tandiu ergo manet societas, quandiu socij omnes in eadem permanant voluntate & proposito: quod si vnus vel aliqui mutauerint, etiam tacite, cum scilicet separatim quis agere incipit: contrario dis-

**Quibus**  
modis con-  
tracta so-  
cietas ite-  
rum dissol-  
uatur.

1. Contra-  
rio vtrius-  
que dis-  
sensu su.

B

sensu su.

suam solui naturale est. l. verum 63. §. vlt. §. manet Instit. l. tandiu C.  
h. t. l. 20. de solut. l. nihil tam naturale ff. de R. l.

52 Cum hoc tamen moderamine ne renunciatio malitiosè vel in-  
tempestiuè fiat: Callidè enim tali renunciatio socium à se quis libe-  
rat, se verò ab eo non liberat, cogiturq; captatum lucrum communicare.  
§. manet. Inst. actione §. 3. diximus l. 14. & 26. & seq. l. 65. §. D. h. t.

53 Nihil vero attinet in societate coeunda, de renunciatioe ca-  
uere: quia ipso iure intempestiua societatis renunciatio in aestimatioe  
venit. l. 17. ff. in fine.

Quaest.

54 Quæritur, si conuenerit inter socios, ne intra certum tempus  
communis res diuidatur, ne societate abeat, conuenerit? sed non vi-  
detur. interim tamen nec vendere rem licitum erit. l. 14. h. t.

55 Sed intempestiua renunciatio interdum renuncianti non no-  
cet. Casus referuntur, in l. 14. 15. 16. D. h. t.

56 Vt autem in reliquis talis intempestiua renunciatio non va-  
let, ita nec absenti fieri potest. Id enim omne, quod is qui renunciauit,  
acquit, in commune redigendum est, quo ad is, cui renunciatum est,  
scierit: detrimentum solus renuncians habebit. l. 17. §. si absenti. D. h. t.

57 Hæc renunciatio potest fieri etiam per procuratorem, qui libe-  
ram omnium bonorum administrationem habet, vt etiam per curato-  
rem furiosi. Itemq; procuratori, l. 65. §. renunciare. l. vlt. C. l. sequens:  
actione §. item scriptum si. pro socio.

II. Morte  
naturali.

Dubium.

58 Quoniam præterea in societate plerunq; certam personam, cu-  
ius fidem & probitatem compertam habemus, eligimus: tali, vna vel al-  
tera sublata morte naturali, ipsa etiam societas dissoluitur. nec ad hæ-  
redes transit, licet hoc pactum interpositum fuerit, nisi ita conuenerit, vt  
superstites in societate maneant. §. manet Institut. h. t. l. 4. l. 38. nemo  
l. 37. planè. h. t. §. Soluitur vs. vtiq; Instit. eodem. l. 49. l. 63. 65. §.  
9. hic.

59 Aliud est in societate vectigalium. l. adeò 59. & 60. ff. eodem.

60 Nouo tamen consensu cum heredibus iniri potest societas, sed  
nouus tunc erit contractus. Et heredes gerentes negotium ad societatem  
spectans, quamuis socij non sint, eo tamen nomine tenentur. l. 35. nemo.  
& l. seq. D. h. t.

61 Ex quo consequitur, societatem inter illos consistere, qui in as-

sumptionem sociorum consenserunt. is igitur qui prater voluntatem meam a Socio receptus est, mihi Socius non erit, licet id quod ex societate consecutus fuerit, cum socijs communicare teneatur. l. 19. l. 20. D. h. t.

62 An verò sufficiat, & is qui solus admisit illum, liberetur si Quæst. actionem socijs mandat, an indemnes socios præstare cogatur, quæritur? & teneri certum est. l. 23. D. h. t.

63 Nec minus dubium, an commodum in vna re datum ab Quæst. assumpto socio, compensandum cum damno in alia re dato, & generaliter an compensatio in societate locum habeat? & negatiuam vtrinque defendimus. l. 23. S. idem quærit. l. 24. 25. & 26. D. h. t.

64 Maxima insuper & media capitis diminutione, quæ morti III. Morte naturali equiparantur, societas expirat l. 4. l. verum 63. §. vlt. ciuili. D. h. t. IV. Egesta-

65 Egestate etiam, si scilicet quis propter as alienum bonis cesserit, te, qua vel vel bona confiscata, sint: hac publicatione finem sortitur societas. d. l. 4. cessione bo l. actione S. item bonis, & S. publicatione quoque. Inst. S. Item si quis. noruus, vel h. t. l. 1. in pr. ff. de bonis dam. publicatio

66 Rebus item in societatem collatis, iam peremptis, vt & tempo- ne & con- re, si nimirum finis impositus est negotio, gratia cuius contractus erat fiscatione initus, finis etiam societati imponitur. S. soluitur. Inst. 65. S. 6. S. 10. contingit. item ff. eodem. V. Rei in-

67 Denique stipulatione etiam & iudicio, distrahitur societas: cum teritu. stipulatione in nouam obligationem transfunditur. & iudicio, si actio VI. Iudicio pro socio ideo dicitur, vt societas distrahatur l. actione in pr. D. h. t. et actione. l. 1. de nouat.

68 Vt verò conuentioni huius contractus omnes acquiescant, par Effectus etiam interposita seruentur, actio comparata est, Ciuilis a. in personam huius con- b. rei persecutoria c. Generalis & vtrinque directa, d. perpetua. e. tractus, infamiam importans f. bonæ fidei. g. Quæ pro socio dicitur. a) contra proximus Br. in l. si is qui ff. de vsucap. b) Inst. de act. c) Vult. 2. Iurisp. 9. d) obligatio, l. pro socio S. ex quibus Inst. de pœna temere lib. (e & f) S. ex qui- cōsequens busdam Inst. d. t. g) S. 28. Inst. de act. Salicet. in l. 3. S. fin. D. h. t. l. 1. actio pro ff. de his qui not. infamia. Br. in l. 2. ff. de O. & A. & in l. 17. C. de neg. socio. gestis. Motz. coll. 6. n. 1.

69 *Quae actio magis ad personales praestations pertinet, quam ad communium rerum diuisionem a. potestq. intentari cum manente, tum soluta societate. b. a) l. 1. ff. communi diuid. b) l. actione s. nonnunquam. ff. pro socio.*

**Discrimē** 70 *Haec differt à communi diuidendo actione, causa praecipue materialis. actione enim pro socio agimus, ut res ex societate communice- com. di- tur. Si communes fuerint, ex societate vel alia causa agere possumus, ut uid. iudi- recte diuidantur. Communi vero diuid. iudicium cessat, si res commu- cij. nis non sit. Duar. ad hunc tit.*

71 *Haec igitur actio non datur, nisi res ex societatis contractu communes sint: alias enim alia competunt, quae indicantur in l. 31. 32. 33. 34. D. h. t.*

**Quaeritq.** 72 *Obligantur ergo post contractum hunc celebratum socij sibi sese obli- inuicem ad mutuas praestations personales, ut secundum conventionis gatio ex- legem rem communem gerant, ut omnia bona fide communicent &c. tendat. l. coire societatem & l. leg. ff. l. 38. s. ult. l. 74. si quis societatem ff. eodem.*

73 *Minor itaq. sociorum pars, reliquis reluctantiq. actum in- consuetum facere, puta locare rem, locari non solitam, nequit, argu- mento. l. 28. Com. diuid. cap. communi de R. l. in Sexto. l. 63. de re iudic. P. de Vbald. p. 5. n. 11. & 12. Motz. col. 4. 31. late & ele- ganter Gail. in tr. de pign. cap. 20. ubi vide.*

**Cui detur.** 74 *Et competit socijs inuicem, cum alterum alteri ex bono & e- & contra quo prestare quid oportet. Etiam in societate diuersarum rerum, vnum quem. iudicium ad exigendas praestations sufficere potest. l. cum duobus s. si plures ff. pro socio.*

**Causa hu- ius actionis plures.** 75 *Veluti si socius velit implere societatem iam initam, vel pro sua parte expensas ferre recuset, vel fructus perceptos diuidere cesset, aut a- estimationem prestare non cogiter, protinus competit alteri socio actio l. pro socio s. situum. ff. l. 2. & 3. C. h. t.*

76 *Si praeterea vnus ex socijs, quid utiliter vel necessario impende- rit in negotium commune, ut sunt Viatica, vectura &c. vna cum vsuris.*

a. Si

2. Si contra pactum societatis quid admissum, b. Si alter intempestive societati renunciauerit c. Quod inter est, hoc iudicio petitur. a) l. si fratres. §. si quis ex socijs l. si unus. §. si quid unus. ff. d) l. sed & unus in pr. c) l. si conuenerit d. l. Sed socius §. ult. l. actione §. Labeo D. h. r.

77 Cum uero sit rei persecutoria, imprimis requirit, ut res ex societate acquisita communicentur a. ut socius agnoscat partem damni, nisi culpa unius contingat b. non ita, si casu & ut si unus, quos ex re percipit communiter communes etiam sunt. d. a) Paulus in actione D. h. r. b) l. cum duobus. §. quidam, c) eadem l. cum duobus §. damna d. l. pro socio arbiter. §. si totum.

78 Agi etiam potest, ut detur pars ex societate debita etiam omnibus prestationibus personalibus. Paulus in l. actione §. nonnunquam. D. h. r.

79 Imo & quod sibi deest in sua parte, Socius hinc actione consequitur: si enim duo suas partes integras habent, & tertium suam consequi equum est. l. verum est §. si cum tres ff. pro socio.

80 Apparet igitur hanc actionem dupliciter exerceri posse. Primum ut aliquid prestetur, secundum naturam & conventionem societatis inter se: & tunc finito iudicio societas manet. Vel hoc modo, ut omnia prestentur ex societate debita: tunc actione ipsa, qua generalis dicitur, societas dissoluitur.

Dupliciter

potest in-

stitui hac

actio.

Diuerfos

etiam esse

caus ha-

bet.

81 In utraque diuersa sunt praestationes, de quibus dictum: diuersum etiam iudicis officium.

82 Posteriore casu iudicis officium est, ut iubeat socios sibi iniicere, cauere, vel cautiones prestare rebus sic exigentibus propter lucra & damna pendentes, ut per communicationem aequentur inter socios partes rei communis, ne alius plus, alius minus consequatur a. et etiam alicuius quod in mente societate contractum est, de communi soluat: Si enim unus soluerit repetet. b. a) l. verum est. §. si cum tres. b) l. 27. ff. pro socio.

Iudicis in

hac actio-

ne officiu.

83 In sententia ferenda, & id iudex obseruabit, ne in solidum condemnetur socius, sed in id, quod tempore rei iudicatae facere potest, quodue dolo malo fecit, quo minus facere possit l. 63. in pr. & §. 6. tempus. & §. seq. ff. pro socio.

84 Secus est si duo socij per Institorem negotiantur: non enim pro-

B 3 cellat o-

collata sortis quantitate, sed in solidum tenebuntur. l. 4. §. 1. vbi Br. ff. de Exer. act. & in l. eandem. de duobus reis. n. 7. P. de Vbald. tt. p. 9. in pr. Maranta in spec. aur. parte 4. dist. 9. n. 49. Commurem ait. Moiz. coll. 4. n. 18. dissentit Gail. 2. ob. 24. n. 9. per. l. 24. hic & alij, quos citat.

85 Hanc tamen exceptionem (competentia vulgò vocant) cum sit personale beneficium, neq; fideiussoribus, neq; heredibus dandam Vlpianus affirmat. in l. 63 §. 1. & seqq. h. t.

**Cōtraria** 86 Cum autem hac actio sit bonæ fidei, omninò socium socio bonã & quæ fidem præstare oportet. Et si dolum ac culpam, non quidem leuissimam præstanda præstiterit, ab eo nihil amplius requiri potest. §. vlt. Instit. l. 52. §. venit. in hoc cō-

**tractu.** 87 Quod si omnes socij in pari dolo & negligentia deprehendantur, & damnum societati inferant, tunc doli & culpæ ipso iure sit communicatio vel compensatio. l. 10. si ambo ff. de compens. l. 35. si duo ff. de dolo malo l. 4. §. quesitum est ff. de doli mali & metus except.

**Quæst.** 88 Competit etiam hac actio heredibus socij defuncti, aduersus superstites: & superstiti Socio aduersus defuncti heredes. l. nemo. l. heres socij l. verum est. §. in heredem ff. pro socio.

**Affinia & concurrētes actio-** 89 Concurrunt etiam cum hac actione aliæ: Socius enim ledendo suo factio societatem. l. Aquilia actione tenetur. altera tamen contentus esse cogitur actor. l. damnum & l. seqq. ff. pro socio.

**nes.** 90 Quin & communi diuidundo iudicio tenetur, vt omnia commoda & incommoda diuidat: vt harum vna altam tollit l. pro socio arbitet. §. si, tecum si actum l. 38. §. vlt. & l. 41. cum seq. ff. pro socio.

91 Rei communis nomine in super furti agi potest cum socio, nec vna tollit alteram si constat dolum & fallaciam interuenisse, quod actor probare debet. l. rei com. l. merito ff. pro socio.

### Corollaria quædam ex hac ipsa materia desumpta.

**Q**uestio est elegans, & in praxi ac foro multū agitata, an dissoluta societate, debeat in publicis locis per edicta vel scripta publica hoc significari, ne cōtrahōtes cum aliquo ex socijs, reliquos socios sibi inuitos obligent? Et quod in institore, exercitore, factore (vt hodie vocatur) negotia-

gotia-



gotiationi scilicet preposito, obseruatur, proclamauel edictū praponden-  
dū & affigendū, idem hic statuimus. Textus est in l. sed et si pupillus. §. de  
quo palam. ff. de Inst. ibi Dd. Vide Gomes. varia: resol. iur. cap. de socie-  
tate sub num. 6. Dec. in l. Qui cum alio ff. de R. I. n. 2. Paul. de Castro.  
Conf. 335. & in l. 1. §. conditio si. de Inst. & in l. 1. §. non autem. Ver.  
Item alias ff. de Exhered. Act.

An pactum iniustū, puta, vt quis maiorē partē lucri ferat, nec tamē  
plus vel rei vel opere cōserat, ipsū contractū societatis vitiet, an ipsū pa-  
ctū tantū sit nullū, q̄ritur, Et contractū minimē annullari dicimus, cum  
socy voluntate natura contractus in vim pacti mutari possit. Ideo q̄  
pactū non iure societatis, sed ipsius conuentionis ratione. valet vt inter-  
dū inaequales sint partes societatis. l. si non fuerint. ff. pro socio. Azō, in  
summa C. pro socio. n. 9. Pet. de Vbald. tract. de duob. frat. quest. 8. Gomes.  
comment. Var. resol. iur. cap. de societ. sub n. 5. Rom. conf. 475. n. 5. Me-  
noch. conf. 125. num. 5. vol. 1. vbi plures citat. Vide Motz. cap. de acci-  
dent. societ. n. 2. & 3.

Elegans est dubitatio, quoniam societas ius fraternitatis in se habet.  
l. verum ff. pro socio. Socius verò vltra id quod facere potest, non condem-  
netur, an etiam si agam contra fratrem, non in solidum, sed in id quod  
facere potest, ne prorsus egeat, sit condemnandus? Et nisi sint fratres o-  
mnium bonorum priuilegium hoc locum non habet. Bart. Et Dd. ad d. l.  
verum & argumentum à fortiori, vt in iure vocatur, non semper proce-  
dit. de quo in l. Quando magis ff. de iure iur. & in §. Legatarijs. Inst. de  
testa Iason in l. sunt qui in ff. de iud. num. 3. 5. & 7.

Societas priuilegia quadam singularia habet, imprimis vt inhabi-  
lis gaudeat beneficio habilium 2. hinc pater legitimos & illegitimos ha-  
bens filios, socios omnium bonorum illos statuens, Spurius vel naturalis,  
mortuo patre, iure societatis partem bonorum consequitur, quam iure  
relictī vel hereditatis nō poterat petere. b. 2) l. si communē ff. quemad-  
ser. amit. l. si is qui duas. ibi Br. ff. de lib. leg. b) Bl. ad Rub. C. Quem  
refert & sequitur Sichardus ad d. Rub. n. 6. quam Cautelam mente te-  
nendam precipit. Mudeus ad l. 3. D. b. t. Salicet. ad l. societatis C. eodē  
Iason ad l. 1. C. de transact.

F I N I S.





